

Arcanum Mortis

Dargaard

Ecce anus in mediis
Sedens annosa puellis
Sacra facit Tacitae
Nec tamen illa tacet
Et digitis tria tura tribus
Sub limine ponit.
Qua brevis occultum
Mus sibi fecit iter.

Tunc cantata ligat
Cum fusco licia plumbo
Et septem nigras versat
In ore fabas.
Quodque pice adstrinxit,
Quod acu traiecit aena.
Obsutum maenae torret
In igne caput.

Vina quoque instillat
Vini quodcumque relictum est
Aut ipsa aut comites
Plus tamen ipsa bibit.
« Hostiles linguas inimicaque
Vinximus ora.

Dicit discedens
Ebriaque exit anus.